Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



117

c·xij

In diebus illis. Aperiens pe
trus os suum dixit. Viri fra
tres patres. nobis precipit dñs
predicare plo et testificare. Ipse
est qui constitutus est a
deo iudex viuorum et mortuorum
Huic omnes prophete testimo
nium perhibent remissionem peccatorum
accipere per nomen eius. omnis qui
credit in eum. Adhuc loque
te petro uerba hec. Cecidit spiritus
sanctus super omnes qui au
diebant uerbum. Et obstupue
runt ex circumcisione fideles qui
uenerant cum petro. Quia et
in nationes gratia spiritus sancti
effusa est. Audiebant enim om
nes illos loquentes linguis.
et magnificantes deum. Tunc
respondit petrus. Numquid aquam
quis prohibere potest ut non
baptizentur. hi qui spiritum sanctum
acceperunt sicut et nos. Et
iussit eos baptizari. in nomine
dñi nri ihu xpi. Alla. Veniat
spiritus. Alla. v. Sancti spiritus dna
corda nra mundet infundat et fecundet
intima aspiratione tua. Secreta.
Veni sancte spiritus et emitte ce
litus lucis tue radium Veni
pater pauperum veni dator munerum
veni lumen cordium Consolator
optime dulcis hospes animae dulce
refrigerium In labore requies in
estu temperies in fletu solacium
lux beatissima reple cordis intima
tuorum fidelium Sine tuo numi
ne nihil est in homine nihil est in
nocuum Lauat quod est sordidum
riga quod est aridum regge quod
est deuium Foue quod est lan
guidum flecte quod est rigidum fo
ua quod est claudum Da tuis fi
delibus in te confidentibus sacro
septenario Da uirtutis meritum
da salutis exitum da gaudium.
In illo tem. Secu. Johm.
D. i. d. l. Sic enim deus dilexit
mundum. ut filium suum uni
genitum daret. ut omnis qui
credit in eum non pereat. sed
habeat uitam eternam. Non
enim misit deus filium suum in mun
dum ut iudicet mundum. sed ut
saluetur mundus per ipsum. Qui
credit in eum non iudicatur
Qui autem non credit iam iudi
catus est. Quia non cre
dit in nomine unigeniti filii dei
Hoc est autem iudicium. Quia
lux venit in mundum. Et dilex
erunt homines magis tenebras
quam lucem. Erant
enim eorum opa mala. Omnis